FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Francksche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Contenta.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360

Visual Library

CONTENTA.

I. RESPONSUM nomine Societatis, qvæ Relationes innocentes edit, Autori datum.

II. Reciproca Autoris RESPONSIO.

§. 1. Ingenuus qvisqve Chriſtianus paci & veritati ſtudet.

§. 2. Ex Symbolo Athanaſii affertur doctrina de Incarnatione Chriſti: ſcil. qvod Chriſtus una ſit perſona ſubſiſtens duabus naturis, qvarum vinculum eſt communicatio unius ſubſiſtentiæ.

§. 3. Adducitur philoſophica doctrina de tribus modis entitativis ſubſiſtentiæ eſſentiæ & exiſtentiæ, qvibus incarnationis myſterium dilucidatur.

§. 4. Qvod hypoſtaſis non ſit nudus humanæ cogitationis modus.

§. 5. Sed aliqvid reale, ſeu actus eſſentiæ radicalis, principium actionis, concretive ſpectandus, ab eſſentia inſeparabilis, incommunicabilis alteri perſonæ, ſed communicabilis eſſentiæ.

§. 6. Unionis perſonalis ratio in hoc conſiſtit, qvod hypoſtaſis λόγȣ humanitati propropria facta ſit, hujusqve indolem ſeqvatur. Subſiſtentiæ accidit peccatum originale, qvod non in eſſentiali qvadam maſſa, ſed

ſed in qvalitate ſubſiſtentiæ vitioſæ e conceptione peccaminoſa corruptæ conſiſtit, qvo obſervato contra Socinianos integritas Chriſti vindicatur.

§. 7. Utraqve hæc phraſis perverſa eſt, qvod humana Chriſti natura ipſa ſubſiſtat infinita λόγȣ ſubſiſtentia, & qvod illa tantum nude ſuſtentetur ab hac; ſed invertenda eſt, qvod perſona λόγȣ ſubſiſtat divinitate & humanitate, & qvod ſubſiſtentia λόγȣ carni com̃unicata ſeqvatur hujus indolem & fiat in hac finita.

§. 8. Differentia unionis perſonalis ſpecifica conſiſtit in actus ſubſiſtentiæ com̃unicatione, non in naturarum perichoreſi & concurſu.

§. 9. Id qvod probatur e verbis Joh. 1. ἐγένετο. 2) e denominatione, qvod ſit unio perſonalis: 3) qvod hujus formale conſiſtat in identitate & qvod hypoſtaſeos indoles ſeqvatur naturam carnis.

§. 10. Refelluntur Objectiones, qvaſi unionis formale conſiſtat in naturarum com̃unicatione, qvæ eſt fallacia Elen. Compoſ. & diviſ. cum ſit duplex formalitas; nempe primaria ſeu eſſentiale conſtituens, ſubſiſtentiæ communicatio, qvæ ad formam pertinet & ſecundaria ſeu eſſentiale unionis conſeqvens nempe perichoreſis naturarum & intima conjunctio, qvæ ad materiam pertinet, neqve a Reformatis negatur.

§. 11.

§. 11. Notantur duæ hypotheſes ſuſpectæ, qvod Divinitas ad Filium Dei reſtricta ſit incarnata; & qvod generatio Filii Dei ſit modus habendi eſſentiam.

§. 12. Ubiqvitas non ſeqvitur ex communicatione ſubſiſtentiæ infinitæ, nec ex perichoreſi naturarum, nec ex omnipræſentia divina communicata; neqve reſpectu creaturarum aut divinitatis neceſſaria eſt.

§. 13. Conſideratur vera de perſona Chriſti ſententia; qvid ſit unio perſonalis?

§. 14. Qvænam ſint prædicationes perſonales?

§. 15. Inſertur doctrina de communicatione naturarum reciproca alternativa.

§. 16. Qvænam ſit hujus ratio formalis?

§. 17. Qvodnam hujus ſubjectum ſit? perſona ſcil. ſeu concretum naturæ diverſæ.

§. 18. Improbatur opinio, qvod ſubjectum ſit natura humana in abſtracto: cujus cauſa Lutherani ſua excogitarunt tria communicationis idiomatum genera.

§. 19. Qvæ ſcripturæ ſunt adverſa.

§. 20. Non ſufficientia.

§. 21. Et Fanaticismo ſervientia.

§. 22. Traditur vera doctrina de communicatione naturarum & idiomatum, qvod ſit reciproca, alternativa, non tamen nudo abſtractiva, ſed concretiva.

§. 23. Exceptiones refelluntur.

§. 24. Vera communicationis naturarum alternativæ ad perſonam cauſa, ex opere redemtionis deducitur.

§. 25. Idiomatum communicatio a Lutheranis tradita conſideratur; qvorum tria genera ſunt manca.

§. 26. Tria tamen ſunt genera a ſcriptura & antiqvitate tradita. Primum eſt, qvo de perſona humana ſeu concreto naturæ divinæ prædicantur humana.

§. 27. Secundum, qvo de perſona humana ſeu concreto humanæ naturæ prædicantur divina.

§. 28. Proteſtantium doctrina eſt turbata. Lutherani a ſe amoliuntur communicationem divinorum carni formaliter in abſtracto & ſubjective factam: Reformati concedunt præter habitualia dona carni etiam prærogativam divinam.

§. 29. Qvam habet ex gratia unionis, officii & exaltationis, ut per eam perſona Chriſtus, qva Homo, operationes mediatorias divinas exercere poſſit corporaliter.

§. 30. Et hoc modo Patres etiam ei tribuunt omniſcientiam, omnipotentiam, vim vivificandi, omnipræſentiam exhibitivam, qvam & Reformati concedunt.

§. 31. Qvo ſum̃a com̃unicationis idiomatum divinorum in abſtracto tendat? nempe qvod

carni non competant formaliter ad eſſentialem immutationem aut transfuſionem, ſed tantum ad uſurpationem corporalem, ut perſona in corporali connexione *operationes* per eam exercere poſſit, qvarum tamen caro ad uſum capax eſt ob connotata ſine hujus deſtructione. Ubiqvitatem autem formalem non poſſe per carnem exerceri probatur e D. Bechmanno. Interim tamen Chriſtus Homo actu perſonali communicato ut incarnatus ubiqve Deitati omnipræſenti perſonaliter præſens in carne, ubiqve ſuis ut Frater efficaciter per divinitatis omnipræſentiam ſuccurrit.

§. 32. Tertium communicationis genus concernit rationes officii Chriſti, qvod juxta utramqve naturam ſimul in unione & communicatione corporali efficit.

§. 33. Nempe officium ſacerdotale qvod per ſatisfactionem, interceſſionem & benedictionem & influxum carnis ſpiritualem obit.

§. 34. Officium Propheticum.

§. 35. Et Regium. Ad qvod pertinet ſtatus exinanitionis & exaltationis. Hæc facta eſt, non qvoad abſtractam humanitatem, ſed qvoad perſonam in naturis; neqve per depoſitionem & reaſſumtionem naturarum & proprietatum, ſed per depoſitionem

in